anni et ultra. quia christꝰ missus se cundũ legem nobis datam uenit. et gentes que legē non nouerāt uene runt ad eũ et ipse dedit eis legem nouã puram et sanctam Abacouch xlv. cap. Concordauerunt et reges eorum congregati sunt in fide dei. Et timeo domine mi de illis fuisse dictum eodem ca. Congregamini om nes et venite gentes que saluate e stis per deum ex gentibus. Et de po pulo dixit ysaie lxv. ca. Que si con gregabuntur omnes in nomine do mini in domo sancta et non ambula bunt in prauitate cordium De ipsis idem propheta dixit xvi cap Ad te uenient omnes gentes ab extremis finibus terre et dicent Non heredi tabunt patres nostri nisi mendaciũ et iniquitatem. Et de ipsis dixit So phonias cap. iii. Datum est gentibꝰ ut loquerentur simul in nomine do mini et seruirent ei humero uno om nis homo de loco suo et omnes insu le gentium Et de illis dixit Zachari as ca. ii. Letare domus syon quia e go ueniam ad te et habitabo in me dio tui in illa die. et appropinqua bunt gentes in multitudine sua Di cit idez propheta ca. viii. Nec dicit dominus deus. Circumuenient gen tes multe et dicet vir ad vicinũ su um Uadamus et queramus dominũ deum in bono Et ista domine mi cõ pleta sunt cum et complentur in o culis nostris De plano uides libros populos et linguas legis et prophe tarum omnium et psalterium dimis sis idolis suis Nullus ex eis credit per manum Moysi nec Aaron nec alicuius prophetarum nostrorũ nec aliquid remanet de fide ab idolis ab illo tempore quo crediderunt iu sto illi de quo dicit Abacuch iii. cap Egressus es domine ad salutem po puli tui ad salutem cũ christo tuo

CAPITULUM XIII

Symeo domine mi ꝙ deus uic tor et gloriosus uiuificat illas gen gentes per fidem et interficit nos in incredulitate nostra sicut ipse di cit per os ysaie prophete. lxv. cap. ꝙ uocaui et non respondistis. hec dicit dñs deus Ecce serui mei come dēt et uos esurietis Ecce serui mei bibunt et uos sitietis Ecce serui mei gaudent in exultatõe cordis et uos concutiemini pre amaritudine cor poris. Et interficiet deus israel et uocabit seruos suos alio nomine in quo benedixit illis qui est benedic tus super terram Amen. Et uidemꝰ istos redemptos istius nomine be nedictos a deo super faciem terre Et nos dispersit scilicet in captiuita te per quatuor partes mundi hodie sunt mille anni. et apparent expres se in nobis uestigia ire dei. non ad castigationem sed ad destructionē Et illa est interfectio quam deus comminatus est ꝙ interficiet isra el. Et ille gentes uicinales uel uici ne quas uocat seruos recipient no men quod deus promisit. Sed non ante mortem nostri nominis primi secunduz ordinem uerborũ dei per ysaiam. Et fames et sitis quas non patiemur non panis aut aque Sed cordium et animarum sterilitas et fames uerbi dei Sicut prophete de clarant per os Amos prophete. viii Et tu domīe scis hoc plenius ꝙ̃ ego Ueruntamen dei sumus nos in om nibus que accidunt nobis.

CAPITULUM XIIII

Symeo domine mi ꝙ gentes que iustificate sunt iaz sunt mille anni et postquam mortuus fu it iesus in hierusalez quia nihil boni habuerunt antequã crediderunt in deum et in christum et in apostolos quoniam ipsi forte erant illi pisces et ille bestie de quibus loquitur A bacuch propheta que nõ habent du

cem et ipse gentes purificate per fidem habent ieiunia sua et oseruātias legis noue et habent cuncta. Uidetis ꝙ in omni lingua et in omni loco in oriente et in occidēte gētes sunt confitentes in nomine domini. et non credunt in eū per moysen nec per aliquem prophetarum. quāuis sunt studiose in lege et in libris omnium prophetarum. sed deus uocauit eos per discipulos iusti. qui egressus est cum deo ad salutez eoruz sicut ipse deus benedictus et gloriosus predixit pes os Abacuch prophete. Et isti discipuli eius fuerunt filii nostri de filiis israel quia alio nomine uocantur apostoli Ualde timeo domine mi ꝙ isti sunt illi de quibus dixit deus per os Dauid in psalmis In omnem terram exiuit sonus eorum et in extremis finibus extensa uerba eorum. Et uerba prophete exp esse demonstrant nobis ꝙ de istis loquitur et non de nobis cum dicit. Non erit lingua neq; sermo qui non audiant uoces eorum. Et hoc non potest esse de lingua nostra hebrea que enim gentes obediunt preceptis moysi et aaron. quin imoipsi interfecerunt gentes et fugauerunt eas a se et tam gentes sciunt hodie moysen et prophetas et cognoscunt deum et seruant legem nouam sicut apostoli docuerunt eos Attamen dei sumus

CAPITULUM XUIIII

Timeo domīe mi ꝙ illud quod zacharias propheta dixit capi. xiii. Percutiam pastorem et dispers oues fuit completū quando nos percussimus pastorem istorum puerorū et sanctoruz apostolorū extunc nos oues dispersi sumus per uniuersum orbem. et isti filii nostri s. apostoli surrexerunt loco prophetarū. quod apparet ex hoc ꝙ de⁹ post illos nō misit nobis prophetam nec notificauit aliquid per uisionē. Timeo dñe mi ꝙ isti pueri sunt illi de quib⁹ dixit deus per os Joelis prophete ca. iii. Senes uestri somnia somniabunt et pueri uestri uisiones uidebūt. Certissime dñe mi senes sunt prophete nostri qui somniauerunt fidem gentiuz. Consecuti sunt illi pueri. s. apostoli et uiderunt. Et de istis pueris dixit Dauid propheta. Uenite filii audite me timorem dñi docebo uos Et deus non noīat filios in plurali sed solum noīat eos israel primogenituz in usu loquendi cōi Et in alio psal. noīat istos pueros filios cū dicit. Filii tui sicut plante nouelle. De israel dñe mi dixit deus per os ysaie ca v. Uinea dei exercituum fuit domus israel. expectauit ꝙ ueniret cū uua et uenit cuz spinis propter hoc ego adducam qui destruet illam in conculcationem. Et de illis predictis filiis dei. qui uocantur apostoli dixit deus per os ysaie ca xiii non mō erubescet Jacob nec liquefaciet facies eius. sed tunc quando uidebit de filiis suis illos quos creauerunt manus mee sanctificatos añ oculos suos. Et si essent dñe mi filii isti sanctificati coraz nobis secundum uiaz legis nostre non diceret deus ꝙ essemus in erubescentia propterea et dissoluerentur facies nostre. imo haberemus gloriam. et facies nostre confunderent faciem Jacob Et dissolutio est ista. ꝙ isti filii quos deus creauit manu. s. apostoli sunt sanctificati ex nobis et non secundū legē nrām. propterea deus dat intelligere ꝙ lex nostra non est lex ipsorum Dixit etiā deus per os ysa. hierem. prophete ca xxv. In illa die non dicent patres nostri comederunt uuā acerbā et dētes filiorū obstupescūt. sicut infidelitas iudeoruz nō nocuit fidei apostolorū nec nocebit Et propter hoc scribitur Uiuo ego dicit dñs Si erit ultra prouerbiū illud in israel quia nūq̄ aliquis de apostolis

postquam receperunt fidem rediit
ad fidem nostram Quare non fece
runt acerbitatẽ infidelitatis nostre
sicut dentes nostri obstupescunt de
peccato patrũ nostrorũ. Adhuc de
istis filiis dñe mi qui sunt apostoli
dixit deus per os ysã. Prophete. A
quo trãsmigrabo nisi a populo meo
Filii aũt qui erunt infideles deus e
rit saluator eorum in omnibus angu
stiis et uultus eius custodiet eos in
caritate eius et in clementia rede
mit eos. et propicius erit eis in lon
gitudine dierum Uerissimũ est dñe
mi ꝙ isti filii de quibus loquimur sẽ
per manserunt firmi nec deus trans
migrabit ab eis ab illo tempore quo
redemit rex ille iustus magister eo
rum sed transmigrauit a nobis et fu
it semper cum eis. et de israel et fi
liis qui sunt apostoli dixit sapiẽs Je
sus filius Syrach in libro suo capit.
iii Audite filii carissimi et operamĩ
ad quem honorat deus patrem in fi
liis. Et qualiter intelligi debeat ho
nor iste per os Malachie prophete
cum dicit cap iiii Mittet deus Heliã
qui conuertat corda patrũ nostrorũ
ad filios O dñe. s. deus deberet cõ
uertere corda filiorũ. s. apostolorũ
ad patres cum hoc debeat intelligi
de fide tunc isti filii. s. apostoli fuis
sent nobiscũ in captiuitate ista que
non habet finem sicut et patres no
stri et nos sumus. Sed exquo deus
ordinauit ꝙ debeant corda patrum
ad filios conuerti quid est quod ex
pectamꝰ dñe mi et quid postulamus
Et si uoluerimus dicere ꝙ alii filii
debẽt esse preter apostolos de qui
bus intelligantur predicta illi erũt ĩ
captiuitate et nos exquo uiã istius
iusti non sumus secuti quẽ amplius
firmiter secuti sunt et docuerunt se
quendã et propter hoc hñt honorẽ
patrũ in hoc ꝙ patres debent ad il
los cõuerti. Cũ ergo dñe mi filii no
stri uenerunt ante ꝗ nos ad fidem

dei si corda nostra cõuertantur ad
filios corda eorũ cõuerterentur ad
nos. Et sicut dicit deus altissimus.
Erunt populus unus et dñs in deo
glorioso et uictorioso. quia nõ debe
mus intelligere illã conuersionẽ ni
si de infidelitate ad fidẽ et doctri
nã istius iusti qui est magister salu
tis eorũ qui credunt in eo. et secun
dũ ꝙ dixit Dauid de eo. Ipse est cui
us sacerdotiũ erit secundũ ordinem
Melchisedech qui obtulit sacrificiũ
panis et uini et fuit Melchisedech
sacerdos dei altissimi ante Aaron.
Et attẽde dñe mi quãta sit differen
tia inter sacrificium Aaron et iusti
istius dñi dixit dñs dño meo tu es
sacerdos in eternũ nõ ad tempus si
cut Aaron qui mortuus fuit c. xx.
annorũ Itẽ sacrificiũ Aaron fuerũt
carnes et sacrificiũ istius iusti dñi
fuit panis et uinũ. secundũ ordinẽ
Melchisedech Itẽ in quibus uerbis
dñs per prophetã ostendit manife
ste quoniã sacrificium Aaron finire
tur qñ illud sacrificiũ in eternũ et
ordinatio sacrificandi secundũ Aa
ron finiretur quãdo inciperet sacri
ficiũ ĩ pane et uino. eternaliter du
raturũ. Sẽ de hoc dñe mi adhuc ha
beo loqui spẽaliter dicã aliqua pau
ca de istis filiis dei que mihi occur
runt. de quibus dixit deus per os ie
su prophete filii Bethoni ca i. Erit
locus in quo dicetur Uos estis filii
dei uiui. et iste locus domĩe mi absq
dubio est ecclesia quia propheta in
telligit secundũ locũ in eo quod di
cit. erit locus Synagoga que est lo
cus primus iã erat et synagogã uo
cat deus per os moysi et aaron et
omniũ prophetarũ primogenitũ me
um Sed in plurali et quasi quemlibẽ
in spẽali istos seruos genitos uocat
Propheta filios dei. De istis filiis
dei dicit etiã deus per os Prophe
te moysi deutro xxxii Sanguinẽ fi
liorum ulciscetur et sanabit terram

populi sui et nos dñe occidimus pro phetas et non fecit uindictã de eis nisi per.lxx. annos.sed occidimus a postolos et iustum magistrũ eorum, et fecit deus uindictã de filiis iam sunt mille anni et ultra. et per mor tem ipsorum lauit deus terrã popu li sui et nõ dixit terrã filiorũ israel. De ipsis etiã filius dixit Dauid i psal mo.c.xxxv Sicut sagitte in manu po tentis ita filii fideles.cõparat eni propheta istos filios fideles sagittis emissis de manu potentis quia deus omipotens misit ad .xii. partes per quatuor mundi climata fideles hos filios cum doctrina legis psalterii et prophetarũ Moysen aũt et aarõ non misit extra domum sanctam ad docendum quia non ad indiã ad ro mã nec ad alia loca misit eos annũ tiare doctrinã legis et prophetarũ Sed isti fideles filii sic proiecti uel missi per uniuersum mundũ surrexe runt corã deo loco nostri postquã deus occidit israel et nomen nostrũ et per istos inouata est lex prima. secundum ordinẽ melchisedech qui sacrificium deo instituit in pane et uino.et quibus cõicauit per ministe rium istorum mutauit sacrificiuz no strum sicut mutauit nomen nostrum et sicut mutauit legem carnalem no stram in legem spũalem. Et si deus dixisset per os Dauid Messie siue cristo Tu uenies sacerdos in eter num secundum legẽ moysi et aaron staret illa lex.sed dixit Tu es sacer dos in eternũ secunduz ordinẽ mel chisedech Et amicus dei cõicauit de sacrificio panis et uini et non de sa crificio carnũ Nos tamen dei sum⁹ in omni euentu.

CAPITULUM XX

Timeo domine mi q deus eiecit nos a se et sacrificiũ nostrum et acceptauit sacrificium gentium. sicut dixit per os malachie prophe te ca.i.Non est mihi sacrificium uo luntas dicit dñs neq sacrificium ue strum. quoniam ab ortu solis usq ad occasum eius magnum est nomẽ me um in gentibus que offerunt i noie meo sacrificium mundũ.Ergo apud deum sacrificiũ gentium est mundi⁹ q sacrificiũ nostrũ.Et insuper quia deus priuauit nos omi sacrificio mũ do et alio docens christianos ut ip si uitarent nos ne contaminarentur sicut nos uitauimus gentes oĩ tepo re q sacrificium nostrũ fuit mundũ apud deum et acceptum legis. Etiã tu dñe mi nosti quod dicit deus in psal.lxxx de nostro sacrificio cũ ait per os dauid. Nunquid uidistis uos q ego comedi carnes thaurorũ et hircorum sanguinẽ biberẽ per quod manifestat deus q ipse condemnat carnium sacrificiuz.Et unde est no bis dñe mi q non detestatur in gen tibus sacrificium panis et uini quod statuit deus et i illo reprobat sacri ficium carnium Cum Salomon Pro pheta describat Aaron extendit ma nus suas super altare et obtulit san guinem et incensum deo uiuo et ob tulit sacrificium nostrum de granis terre.sicut Melchisedech obtulit A braham.Deus etiã testificatur per os Iesu prophete ca.xix q nos obtu limus sacrificium de panibus cũ dix it Non offeratis sacrificium panis. quoniaz panes uestri tristicie sunt. et quicunq comedit ex eis contami nabitur Unde nos offerebamus ali quando sacrificium panis sed nullũ est acceptum sacrificiuz deo de ma nib⁹ nostris.Et de nostro sacrificio carnis dixit iesus propheta fili⁹ Be thori ca.ix.Deus magis diligit pie tatem et miam q sacrificium carni um Declarat deus sacrificium gen tium per moysen Leuitici xxiii ca. Offeretis deo sacrificium de leuatis de aere et de expressione uue et be nedicat uobis deus et cunctis ope-ri bus manuum uestraruz Scimus nos

etiã dñe mi ꝙ deuſ mandauit in pri
cipio poni ante archam federis do
mini panes et nõ carnes. In Exodo
etiã ca. xxix dixit moyſi Offeraſ hi
cos et cuȝ illis panes azimos qui pa
nes azimi ſunt ſacrificiũ gentiũ in li
bro legum ca. xxi cum precepit Aa
ron per moyſen dicẽs hõ de ſemĩe
aaron ſacerdotiſ qui habet maculaȝ
non offerat ſacrificiũ panis nec ali
ud quodcunqȝ ſacrificiũ. Unde dñe
mi per quod preponitur ſacrificium
panis Dicit etiã deus per Moyſen
iii libro legũ ca. iii. Offeretis deo ſa
crificium de oĩbus habitationibuſ ue
ſtris paneſ duoſ de primiciis frugũ
et cum panibꝰ arietes. vii. et primo
põit dñe mi panes et poſtea carneſ
In alio loco legitur quẽ tu ſcis dñe
mi. Dixit ieſus charuſ et glorioſus fi
liis iſrael. qñ intraueritis terrã ha
bitationis ueſtre quã daturus ẽ dñſ
deus uobis in hereditatẽ offeretis
deo panes in ſacrificiũ et ſacrifice
tis carnes thaurorum cuȝ farina pu
riſſima. ergo deus precepit fieri ſa
crificiuȝ de pane et ex farina puriſ
ſima et acceptauit illud Et tale ſa
crificiuȝ eſt hodie gentiũ Similiter
panis ex farina puriſſima de ſacrifi
ciis etiam fit mentio i. Regũ. ca. xxi
cum dixit. Uenit ad Abimalech prin
cipem ſacerdotum in Silo et petiuit
panes qui rñdit. Nõ ſunt hic panes
niſi panis oblatus quem nõ cõuenit
comedere pueris tuis quia ſanctus
eſt. Nec dicta ſunt de ſacrificio pa
nis et plura dici poſſent que tu dñe
mi noſti. Sed quia gentes ponunt
in ſacrificiis aquã non debet nobis
uideri inconueniens. quia etiã ĩ ſcri
pturis ſanctis inuenimus de hoc ex
emplum ſcilicet ꝙ deo fiebat ſacri
ficium de aqua et fuit deo acceptuȝ
Inuenimus etiã ii. Regũ xxiii ca. ꝙ
duo iuuenes haurierunt aquã de ci
ſterna que erat ſupra portã Bethle
hem et propheta obtulit illã deo in
ſacrificium ergo non eſt contra ſcri
pturã ſi gentes hodie ponãt aquam
in ſacrificio quod faciunt deo Nos
etiã legimus ut dictum eſt ꝙ Aarõ
fecit deo ſacrificiũ de pane et uino
et dauid de aqua. et iſta tria ſunt ſi
mul in uno ſacrificio mundo quantũ
natura patitur et quantum intellec
tus noſter excogitare poteſt et nõ
ſunt carnes thaurorũ pinguiũ. Heli
as ut narratur iii Regum Infudit a
quã ſuper ſacrificium carnium et de
us miſit igneȝ de celo et acceptauit
ſacrificium cum aqua perfuſum. Ma
gis angelus ĩ figura cõicat aquã ſub
cinericio qñ Heliaſ ambulauit in for
titudine cibi ſuper illud quod natu
ra non poteſt concedere xl. diebus
uſqȝ ad montem dei Hoc etiã ſacri
ficium uini cum aqua mixtũ pulcher
rimũ et aptũ deſcribit Salomõ Pro
pheta in libro prouerb. ca xi cuȝ di
cit. Sapia altiſſima cõicauit ſacrifici
um ſuum et parauit menſaȝ tunc mi
ſit ſeruos. Qui eſt paruulus ueniat
ad me. Inſipienteſ comedent paneȝ
meum et bibent uinuȝ meũ tempera
tum aqua Quid dñe mi menſa para
ta ſapia altiſſimi niſi altare: Quid
dñe mi panis et uinum mixtum niſi
ſacrificium de pane et uino et de a
qua quod fit in altari Qui ſunt ĩſipi
enteſ uocati per ſeruos ſapientie niſi
gentes que ignorabãt deum uoca
te per apoſtolos. Et notabiliter di
citur panem ſuum et uinum ſuũ per
id enim ĩnuit hoc ſacrificiũ eſſe gra
tum deo et ꝙ ad iſtud cõuiuium taȝ
ſublime et tam ſpũale non uocauit
patres noſtros qui erant excecati
in ſacrificio legis quod eſt carnale
ſacrificium nõ dimiſit nobis ſed pri
uauit nos iã ſunt mille anni comple
ti ꝙ nobis accidit per illum iuſtum
in quem peccauimus. Attamen dei
ſumus.

CAPITULUM XXI

Alde timeo dñe mi ab illo uer
bo quod deus fortis et glorio
ſus. dixit per os mala chie prophete
ca. i. ubi ſic tangit de ſacrificio gen
tiũ ab ortu ſolis uſqʒ ad occaſum gẽ
tes offerunt ſacrificium noĩ meo. ubi
aduerto ꝙ ſacrificiũ noſtrum nõ fu
it acceptum niſi in uno loco ſolo. ſ. ĩ
domo ſancta preciſe. quo eque loco
et ſacrificio priuauit nos deus. ſ. ter
ra promiſſionis et ubiqʒ terraruʒ iã
ſunt mille anni. Uñ uenit ſuper nos
et completum eſt quod deus dixit
de nobiſ per ſimilitudinẽ loquẽſ per
os yſa. ca. xxii cũ ait. Unde uenit ſu
per nos et cõpletum eſt quod deuſ
dixit per os malachie prophete ubi
ſic ait Non eſt mihi uoluntas in uo
bis et ſacrificiũ non accipiã a uobis
Uenit etiã et iam completum eſt ꝙ
deus dixit per os yſa ca i. cum ait.
Sabbata ueſtra et feſtiuitates urãs
et ſacrificium ueſtrum nõ accipiam.
quia oẽs uos eſtis in ira mea. Uenit
etiã et completum eſt ſuper nos ꝙ
dixit in eodem ca. yſa. cum loquitur
per eum deus et ait. Quid mihi mul
titudo uictimarũ ueſtrarũ quia mul
tiplicaſtis mihi ſacrificium de arie
tibus et carnibus hircorum. ego aũt
contempſi ſanguinem uitulоruʒ et a
rietum carnes et hircorum cum pre
ſtaueritis ea corã me et quis recipi
et ea a uobis. Non detupetiſ lapideſ
meos ſanctos fruſtra non offeretis
ultra ſacrificiuʒ quoniã incenſuʒ ue
ſtrum et ſollẽnitates ueſtras et ſab
bata ueſtra non recipiã a uobiſ quia
illa odiuit aĩa mea. Si eleuatiſ mãuſ
ueſtraſ ad me auertã uultum meum
a uobis. Et ſi multiplicaueritiſ orati
oneʒ non exaudiã quoniã manuſ ue
ſtre plene ſanguine ſunt. et oẽ ſacri
ficium ueſtruʒ ſicut cadauer fetidũ
et egreſſus atrii porte exterioris.
et ille qui mihi iugulauerit thaurum
ſicut qui decollauerit hoĩem et ille
qui obtulerit ſacrificium uiuuʒ ſicut
qui offert ſanguinem porci. Sed ab
hoĩatio de ſacrificiis apud deum ni
hil aliud ſignificat niſi mutationem
ſacrificii noſtri carnalis et groſſi in
ſacrificium iſtius iuſti dñi ſpũale et
ſubtile. qui inſtituit offerre panem
loco carnium et aquã mundam loco
pinguedinis. et uinum purũ loco ſan
guis. et homo offertur ſpũaliter et
acceptabiliter deo. non ſicut aĩalia
decollata per nos que per prophe
tam comparando cadaueri putrido
Nos attamen dei ſumus et ad ipſuʒ
redibimus in omibus que euenerint
nobis. Et quare non credimus dñe
mi et hec que locutus eſt deus per
prophetam iſtum deſcribit euidẽter
de ſacrificiiſ noſtriſ ut dixit per Hi
ere. ca. vii. Inuitate proximos urõs
ad ſacrificia et comedite cũ eis car
nes ſacrificiorũ ueſtrorum. quia in
die qua eduxi patres ueſtros de E
gypto non precepi eis uerum de ſa
crificiis Sʒ dixi. Audite uocem meã
et ero uobis deus et uos mihi popu
lus Si ambulaueritis in omibus que
precipio uobis. et nõ audierunt nec
poſuerunt aurem ſuam ad dominuʒ
meuʒ Et dñe mi es ex illis qui neſci
unt hoc Attamen dei ſumus in omĩ
bus que euenerint nobis.

CAPITULUM XXII

Timeo dñe mi ꝙ de ſynagoga
et eccleſia intelligatur uerbũ
illud quod ſcribitur Ioelis xxv. cap.
primi libri legum cum dicit dñs de?
rebecce uxori yſaac. Due gẽtes ſunt
in utero tuo. et gens genteʒ ſupera
bit. et maior ſeruiet minori Domine
mi ſola rebecca fuit mater iudeorũ
et gentilium. Populus maior et pri
mogenituſ fuit ſynagoga que maior
fuit homine et ſcientia et dei popu
lus primogenituſ. Et minor apud de
um fuerunt gentes in infidelitate
manentes et in ignorantia ſua Si
tamen domine mi deus occidit iſra
el prout deſcribit yſa. et tunc tota

subuersa est Synagoga. que fuerat
maior et seruiuit gentibus que fue
rat minor ut cõpleretur uerbũ quod
deus dixit rebecce. Gens gentez su
perabit. Etiã dñe mi de ecclesia dix
it deus per os dauid prophete psal
mo xliiii. Astitit regina a dextris tu
is in uestitu deaurato distinctis co
loribus adornata. Exponitur dñe mi
ꝙ ecclesia gentiliuz que uocatur re
gina diuersitas linguarum omnium
que seruiunt ei est adornata colorũ
distincte. Nam oẽs lingue ĩ ecclesia
concordant in una expositiõe legis
et psalterii et libri omniũ propheta
ruz. Synagoga uero non habuit nisi
unã linguã et ornatum suuz quasi co
lore uno scilicet hebrea.

CAPITULUM XXIIII

Timeo etiam dñe mi de uerbis
inductis superius frequenter
per malachiã prophetã. dixit de⁹ si
nagoge cum ait Non est mihi uolun
tas in sacrificiis uestris. quia ab or
tu solis usqꝫ ad occasuz magnum est
nomen meum inter gentes que offe
runt noĩ meo sacrificiuz mundum. si
cut de natura sua munda sunt aqua
uinum et farina pura de quibus fac
tũ est sacrificiũ et non indiget mun
datione et lotione. sed synagoga in
diget lauare carnes sacrificioruz et
purgare uentres aĩalium que ĩ sacri
ficio sacrificabuntur et lauare lotũ
de sanguine et pinguedine sacrifici
oruz aliter esset horror tractare. In
sacrificio aũt panis et uini et aque
non apparet aliquid indecens Pro
uerbi. ca. viii. Melior est buccella pa
nis. nihil turpe etiã corporaliter sũ
pta. Estimo dñe mi ꝙ de isto sacrifi
cio dixit deus per Salomonem pro
uerb. ca. viii Melior est buccella pa
nis cum caritate ꝗꝫ uitulus saginat⁹
cuz inimicicia. Buccella amoris dñe
mi pura est mansuetudo super man
suetudinem et remissio mutua offen
sarum Et uitulus odii saginatus est
occulta interfectio inimicorũ. ergo
dñe mi sacrificium synagoge est ui
tulus pinguis cũ inimicicia. Et sacri
ficium ecclesie buccella est caritas
de qua dixit deus. Melior est buccel
la etc. Pulchre etiã describit deus
ecclesiã assimilando ceruis per os
Salomonis prouer. ca. v. ubi ait. Cer
ua deo diuisa in emulo suo. cuius uer
ba inebrient te et amor illius dele
ctet te in eternuz. Synagoga enim
dici posset aliquo mõ sed nõ est no
bis pulchre exponere uerbum istud
respectu illa presertim quia non ha
bet emulum suum sed emulos multos
Emuli eius fuerũt moyses et aaron
daniel ysaias hieremias et ceteri si
miles. Et ecclesia est domus dilecta
cerua in emulo suo. s. uno nõ habẽte
parem in nobilitate et gratia. Tũc
ait dñe mi et dicit Inebrient te uer
ba eius oĩ tempore. Delectare ĩ amo
re illius in eternũ In quibus uerbis
describit deus sacrificium ecclesie
omni tempore duraturum in eternũ
Similat aũt illam deus matri lactã
ti filios. Et in hoc ꝙ dixit inebriabo
te denotat materiam sacramenti et
uinum quod est delectabile nutrimẽ
tum et sufficiens sanctum quo sacri
ficio iaz fruitur et delectatur eccle
sia iam mille anni sunt. a quo tempo
re priuauit synagogam sacrificio. E
mulus autem ille in quo ecclesia est
tam grata deo est christus dominus
et ubera eius dant uinum perpetuũ
de quo peruenit gaudium sempiter
num. et non dicit ꝙ dabit carnes et
pinguedinem uel sanguinem que fa
ciunt sacrificium laboriosum. Sacri
ficium synagoge quo deus priuauit
nos iam sunt mille anni. nos autem
dei sumus. Domine mi fuit autem sy
nagoga sicut mulier que habuit aliũ
uirum supple deum et perdidit illũ
et domum sanctam Et ista ecclesia

fuit cerua i deserto sine marito sed deus uicē illius supplet. Unde ipse fortis et gloriosus dicit per ysaiam cap. lxiii. Puelle sequestrate meliores sunt q̃ ille que habent uirum Item idem propheta ca. lxiii. Ego faciam dicit dominus deus uineam et flumina ad potum populo meo electo. et tu Iacob non obediens. et tu israel non audiens. sicut nos domine mi sum⁹ extra obedientiam. nec habēus aures nec oculos. quapropter hec captiuitas nostra iam usq; ad cōplementum mille annoruz peruenit Timeo domine mi de lege nrā que furoris iram habet in perpetuum. et dicit oculum pro oculo etce. Sed cerua illa emulum habens iram uni cum dixit iu euangelio suo glorioso Math. cap. v. Qui te percusserit in unam maxillam statue illi alteram. loquitur dauid in psalmo. xxxi. q̃m magna et q̃multa dulcedo tua domine quam abscōdisti timentibus te. et cōpleuisti eam sperantibus i te Et est clarum domine mi q̃ populus synagoge timuerunt penas legis oculuz pro oculo. quia erat in perpetuū execution. Sed populus ecclesie sperās est in dulcedine dei. qui percussi in faciem non repercutiunt. Quapropter parauit illis deus scilicet gentibus magnam multitudinem dulcedinis sue quam abscondit a iudeis At tamen dei sumus in omni euentu.

CAPITULUM XXIIII

QUaeo domine mi quod loquitur deus per os ysa. prophetē de nobis cap. xxviii. cuz ait q̃ hec apud nos sint sicut uerba libri signati quem non aperit lector nec ignorans litteras De filiis autem supra dictis quos deus totiēs descripsit ut supra allegatum est cum pluries loquitur deus in eodem capitulo cum dicit. Manifestabūt semen Iacob et euangelizabunt deum israel. et accipient ignorantes scientiā et musici scient legere. Aperte uidemus domine mi q̃ iam sunt mille anni q̃ ignorantes musici sciunt et docent legē nostram. Et qui sunt ignorantes nisi gentiles. Et qui sunt musici cantātes psalterium nostrum et prophetas i ecclesiis suis nisi christiani. De quibus musicis siue cantoribus dicit deus per os dauid iu psalmo. lxxv. Cātate domino omnis terra psalmum dicite nomini eius. Et in eodem etiā psalmo dicit. Cantabūt et dicent nomini tuo filii uniuerse terre. et non israel simpliciter De istis etiam musicis dicit de⁹ per os dauid psalmo lxxxviii. Cantabuut tibi gentes i domo dei mei canticuz. In loco isto ponit cantilenam antomasie etiā sunt mille anni q̃ nos iudei non cantauimus in domo sancta. De istis cantoribus dicit dauid Cantabunt canticū in domo dei i eternum. De nobis dicit in psalmo. c. xxxviii Quoniā cantabunt canticum dei in terra aliena Et qualiter potest esse domine mi q̃ speramus terram habere nostrā. cum deus dixit per Amos prophetā capitulo quinto. Cecidit israel et nō resurget. Uirgo israel prostrata est et non eleuabitur. Idem propheta dicit capitulo nono. Et ueniet tribulatio et non saluabitur qui effugerit ex eis. et si absconderit se in monte carmeli inde precipitabit eos man⁹ mea. et si descenderet in fundū maris illuc mittam serpentes et mordebunt eos. et si abierint in captiuitatem coram inimicis meis sibi mandabo gladium et occidet eos. Ponam oculum super eos in malum et non in bonum quod fecit nobis deus. iaz sunt mille anni completi et ultra

ꝙ canticum et pſalmum cantauimuſ
exquo ſic eſt. Attamen etc.

CAPITULUM XXV

Domīe mi dixit deus de nobiſ
Ponā oculū meum ſuper eos
ī malū et non ī bonū ſicut manifeſte
uidemus ſunt mille anni. Dixit uere
de iſtis filiis muſicatoribus per os
dauid prophete Oēs gentes plaudi
te manibuſ. et cātate deo ī uoce lau
dis. Et alibi dicit Jubilate deo omīſ
terra ſeruite dn̄o in leticia. Introite
in cōſpectu eius dicas totū iubilate
et pſal. lxvi. Cātate dn̄o oīs terra.
et ānūciate de die ī diē. paueo dn̄e
mi exquo deus dixit per os Hiere.
prophete ca. ix. Docete filios urōs
et filias ueſtras fletum et planctū.
quoniā mors egreſſa eſt per portas
ueſtras exquo de⁹ dixit de his filiiſ
muſicis ſiue muſicatorib⁹ per os da
uid pſal. c. lxvii. Regeſ terre et oēs
populi pricipes et oēs iudiceſ terre
Juuenes et uirgines ſenes cū iunio
ribus laudent nomen dn̄i. et pſal. xl
viii. In ſacrificio cātuſ honorabit me
ac ſi aperte diceret nō in ſacrificio
carniū hircoruz ſicut ſacrificiū nrūz
Etiā dn̄e mi nō negemus uerba cre
atoris ueri que dixit per os yſa. pro
phete ca xlviii. Muſici ſeu muſicato
res addiſcentes ſcripturas et totuz
pſalteriū dauid ſic muſicali arte no
tatum per ſonum acutū et grauē hiſ
oīb⁹ cōſideratiſ uidetur mihi ꝙ noſ
erramus ī hoc ꝙ nos de ſue laudis
ſacrificio iudicamus quod ī eccleſia
dei exhibent in cantādo. preſertim
cum ī lege dei de hoc īueniā prece
pta et exempla dei que etiam dicit.
Laudate eū in cythara et organo.
laudate in cimbalis magnis laudib⁹
et oīs ſpūs laudet dn̄m. Hoc ſcribit
pſal. xv. Exemplum etiā in ii. Regū
ca. vi. ubi legitur ꝙ dauid diſcooper
to capite ſaltās pſallebat cuz citha
ra añ archā dn̄i quē temeraria uxor
ſua michol auſa eſt redarguere cuz
ipſe ait o fatua nōne uidebit me do
minus deſpectum pſallentē. filii aūt
iſrael ſonabāt buccinā dū trāſduce
bāt archā Sed qui ſumus dn̄e mi ob
ſecro uidentes ſolēnitates ipſorum
muſicorum niſi michol fatua. Et qui
ſunt iſti canētes niſi dauid et exul
tantes ī deo in humilitate preſertiz
cum dicit deus. Oīs ſpūs laudet do
minum. ſi dixiſſet oīs iſraelita preci
pue poſſem⁹ tunc aliis inſultare Et
ſic deus fortis et glorioſuſ dicit per
os yſa ca. ii ꝙ gentes ſunt in cōſpe
ctu eiuſ ſed hoc nō eſt intelligendū
de gentibus iſtis anteꝗ haberēt no
ticiā dei per aduentuz iuſti quia tūc
erāt pagani et idolatres ideo intel
ligi non poteſt bn̄ illud niſi de gēti
bus que īuenerunt dn̄m que offerūt
oī die ſacrificium munduz ī oriente
et ī occidēte ſicut dicit per os mala
chie prophete ut iā ſuperiuſ eſt alle
gatum et certe dn̄e mi nos erramuſ
Attamen dei ſumus.

CAPITULUM XXVI

Paueo dn̄e mi ꝙ apoſtotauim⁹
a deo in principio iſtius iuſti
de quo introduximus auctoritates
predictaſ et cui expreſſe conueniūt
omnia que ſcripta ſunt apud nos in
libris legis et prophetaruz propter
quam apoſtaſiam ſicut deus preten
dit longitudinem dierum et captiui
tatem iſtam nobiſ intulit. et ſi expe
ctamus ſaluatorem alium ab iſto iu
ſto non prodeſt nobiſ Nota ꝙ ī iſta
pagina non faciunt omnia expoſita
de uerbo ad uerbum propter nimiā
eiuſ incultationem. Sed argumentū
nobis euidēs eſt captiuitas illa que
fuit in babylonia. lxx. annis et quan
tum ad tempus quia breue quantuz
ad gratiam quia dauid propheta fu
it captus nobis qui fuit amicus dei.
et per quem conſolabatur nos de li
bertate propinqua non etiam omīs
tribus fuerunt in ipſa captiuitate

ſed hec captiuitaſ iã peruenit ad cõ
plementum mille annorũ et nũc eſt
nobiſcũ et oĩs tribus nulla excepta
et ſunt in diſperſione elõgate a do
mo ſancta Ex quo ſignũ eſt euidens
ꝙ pro peccato generali quod eſt in
nobis oĩbus perſeuerabit ira ſuper
gentez nrãm ſine ſpe. et tñ expecta
muſ aliquem aliũ que expectatio nõ
prodeſt nobis Et ſi uoluerimuſ dice
re ꝙ hec captiuitas non eſt genera
lis. et ꝙ in aliqua parte mundi nos
habemus regẽ et principem cito po
terimus ſecundũ legẽ nrãz argui de
mendacio et conuinci. Nã ſi nos iu
dei in aliqua parte mundi regez et
principem haberemus hoc eſſet de
una ſola tribu ſ. iuda. et deus diffini
uit ꝙ non eſſet ſuper iuda rex ex il
la in eternũ vnde dixit Hiere. pro
pheta ca. xvii. Peccatum iude ſcrip
tum eſt cum ſtilo ferreo in lapide a
damantino qualiter deleri expecta
mus non delebitur ĩ eternũ. preſer
tim cum deus fortis et glorioſus lo
cutus eſt per oſ prophete ca iii do
minator dñs aufert a ieruſalẽ et iu
dea iudicem prophetã et principez
De nobis etiã dicit propheta filiuſ
Beceri ca xv. libri ſui. Erunt filii ie
ruſalẽ ſine principe et ſine lege. noſ
ſcimus dñe mi ꝙ ab inicio mundi fu
erunt aliqui magiſtri et ſancti coraz
deo et in principio fuerũt lõge uite
ſicut matuſalem et enoch et ceteri.
et nullum iſtorũ extendit deꝰ ultra
mille annos. et nos inuenimus inter
nos et meſſiam ſicut chriſtus nobis
promiſſus fuit natus in Babylonia
tempore captiuitatis illius que fuit
lxx. annorũ Sed hoc tempus noſtrũ
habet in etate mille v annos quam
fabulã et propheciã nulla rõne poſ
ſumus defendere hoc tñ dicimus et
aſſerimus in ſynagogis noſtris ubi
commiſcetur nobis extraneuſ. Sed au
dias doctrinã chriſtianorũ publicaz
ſuper pſal. fundatã lxxxviii. Ad ſpõ

dicet homo et homo natus eſt in ea
et ipſe qui eſt fundauit eã in uerbiſ
iſtis noiat mariã dnãm noĩe ciuita
tis et dicit ꝙ homo natus eſt in ea
et non dicit cum iſraelita uel tali.
ut intelligas ꝙ filius marie nõ fuit
unꝗ in lumbis alicuius hoĩs. Et i. ii.
libro Regũ ca. ii. hoc manifeſte de
claratur cum deus dicit ad Dauid.
qñ cõpleueris dies tuos et dormie
ris cũ patribus tuis ſuſcitabo proge
niem tuã poſt te que egredietur de
utero tuo et ego ero illi in patrẽ et
ipſe erit mihi in filiũ Sed nunꝗ fu
it poſſibile dñe mi ꝙ aliquis egrede
retur de utero patriſ ſui ſed hoc ex
preſſe ponit ad demonſtrãdũ ꝙ cri
ſtus nõ foret cõcipiendus ĩ muliere
per ſemẽ deciſum de lũbis uiri ſicut
ceteri hoĩes tã a Dauid ꝗ ab aliis
dicit deus per os dauid in pſal. Ex
utero ãte luciferũ genui te ac ſi de
us fortiſ et glorioſus diceret de cri
ſto ſuo ꝙ de uoluntate ſua ꝙ ẽ ſpũſ
ſanctꝰ genuit eũ et nõ de ſemĩe du
cendo. Cum ponit Ex utero ſine uiri
li ſemĩe preter curſum ſolitũ marie
uirginis et hoc eſt etiã de doctrĩa
chriſtianorũ que nõ moratur ĩ capti
uitatibus nrĩs Propter hoc euenit
nobis illud quod euẽit nobis Deſcri
bit etiã per eũ de modis criſtum na
ſciturum dauid propheta cum dicit.
pſal lxxxviii. Jurauit dñs dauid ue
ritatẽ de fructu uentris tui ponam
ſuper ſedẽ tuã. Attamen dei etc.

CAPITULUM XXVII

Certe dñe mi licet nobiſ nõ op
ponant criſtiani dicta ſarra
cenorũ precipue que tradũtur in al
corano et ĩ expoſitõibus eius ſciẽteſ
ꝙ nos nõ reciperemꝰ ſicut nec ipſi
recipiũt. tñ ad fatigatõem nrãm et
fortificatõez ſupplentiũ ſi nobis op
poneretur illa dicitur a ſarracenis
de Jeſu et beata maria matre eius.
Omnes enĩ ſarraceni dicunt ꝙ ipſe
fuit ille Meſſias quem predixerunt

esse uenturum et preponunt illum
machometo quantū ad genealogiā
fatentur enī ꝙ parentes machome
ti fuerūt idolatre et praui et de se
mine agar ancille. Et dicunt messias
fuit filius ysaac et prophetarū et iu
storū et recta linea usqȝ ad beatam
mariā uirginē et matrem eius.

De maria uero dicitur sic in alco
rano de familia Adamar dixit
angelus gabriel ad mariā. O maria
deꝰ te elegit et docuit grām et pre
elegit super oēs mulieres oīm secu
lorū diuidens inter hoīes terrenos
et angelos dei ī paradisū deliciarū

DIcunt etiā oēs sarraceni ꝙ chri
stus siue messias habuit a deo
ptātem faciendi miracula. sanandi
oēm languorem et infirmitatē et ei
ciendi demonia. et suscitādi mortu
os et credūt oīa miracula que iesuz
fecisse cōmemorant et hoc expresse
testificatur alcoranus ubi dicit ī ca.
predicto domar ꝙ messias sciuit et
scit oīa et etiā secreta cordium Un
de uerba machometi Sciuit ypse .i.
iesus oēm librū et oēm sapiām et eti
am totā legem moysi. et quod omes
comedebant et bibebāt in domibus
et quid reponebāt in thesauris suis

DIcūt etiā de christo siue messia
ꝙ dū fuit in hoc mundo cōtem
psit diuitias et abiecit carnales de
lectationes. nec habuit concubinas
que sunt occasio peccati et causa in
obedientie Item dicitur ī alcorano
illud uerbū euangelicū. Uulpes foue
as habent et uolucres celi nidos. et
hec oīa licet sint auctoritates aper
te dicentis siue dicentiū sunt tamen
conformia his que prophete dixerūt
de messia in primo aduentu suo ut
patet in predictis.

DIcunt etiā ī alcorano ꝙ ypse .i.
iesus christus est uerbū dei. Et
de hoc .s. uerbo dei est iesus cristus
apud sarracenos quasi unū perpetu
um ita ꝙ nullus alius homo uocatur
hoc noīe nisi iesus quē uocant ypse
Unde dixit deus ad ypse. Ego sum
sufficientia tua. ego leuabo te et pu
rificabo te ab infidelibꝰ. Considera
ergo dñe ꝙ gens iudeoruȝ propter
captiuitatem quā passi sunt iā mille
annis sumus paucissimi iudei ī com
paratione aliarū nationū Nā sarra
ceni multiplicati sunt et crescūt quo
tidie. Fides aūt christi impleuit to
tum mundū. nos uero ubiqȝ dispersi
sumus a deo nostro ubiqȝ sumus pau
cissimi sicut ruben cū dixit. Non cre
scas etc nos aūt nō crescimus et illi
qui sumus sumus inimici super omēs
gentes et nil proficimus. Testimo
niū multorū stat semper contra nos
s. christianorū et sarracenorū. Alco
ranus eorum et euangeliū cristi qui
bus nolumꝰ credere. tñ meo iudicio
alcoranus nihil ualet. cū manifeste
contineat contra doctrinā nostram
sicut ipse nosti. et sicut positores ei
us. apparet euidenter ꝙ ignoraue
runt testimoniū. Sed ꝙ diceremus
de euangelio supposito ꝙ christus
siue messias iā uenerat. nihil tamen
continet contra prophetas et legeȝ
nostram sed est manifestatio oīum
prophetarū et promissiōis impletio
que in lege continentur sumēdo spi
ritualiter prout continet doctrina
christianorū. Nihilominus dñe mi su
per his dubiis ad te recurro maxie
super primis nrīs que habui a Pro
phetis quia de alcorani testimonio
scio ꝙ quasi nil reputabo. tu maxie
qui arabicū scis perfecte nosti quia
ipse machometꝰ qui dixit se prophe
tam nec uentura predixit. et qui di
xit se nuntiū dei contra deum et ei
us scripturam docuit penitus ut cor
ruptus homo penitus et ignarus.

Explicit Epistola Rab
bi Samuelis quam scrip
sit ad Rabbi ysaac Ma
gistrum Synagoge.

Sequitur Epiſtola quā miſit Pontius Pilatus Tiberio Imperatori romano.

Pontius Pilatus Imperatori
Tiberio ſalutes dicit. Nuper
accidit et ego ipſe probaui Iudeos
per eorum inuidiam ſe ſuoſqꝫ poſte
ros crudeli damnatione periſſe. Cū
promiſſum haberent patres eorum
ꝙ deus eorum mitteretur de celo
ſancto ſuo qui eorum rex merito di
ceretur. et hunc cum promiſſuꝫ babe
rent per uirginem miſſuruꝫ. Deniqꝫ
cum illic eſſet et uidiſſent euꝫ iudei
cecos illuminaſſe. leproſos mūdaſſe
paraliticos curaſſe. demones a cor
poribus obſeſſis effugaſſe mortuos
reſuſcitaſſe ambulaſſe ſiccis pedibꝰ
ſuper undas maris imperaſſe uētis
et alia multa feciſſe miracula. Cum
auteꝫ magna multitudo populi iude
orum ipſum eſſe filium dei dicerent
ducti ſunt contra eum inuidia. men
tientes dixerunt quidam eum eſſe
magum et contra legem eorum age
re Ego autem credidi uerbis eorum
ita eſſe et tradidi eum flagellis ce
ſum arbitrio eorum Ipſi autem cru
cifixerunt eum in ligno et mortuuꝫ
ſepelierunt et ſepulture cuſtodes
adhibuerūt Ipſe uero militibus pre
torii mei monumentum cuſtodienti
bus et ſignantibus tertia die reſur
rexit de monumento. Intantuꝫ autē
exceſſit inuidia et malignitas iudeo
rum ut darent pecuniam militibus
meis dicentes. Dicite ꝙ uobis dor
mientibꝰ uenerunt diſcipuli eius et
furati ſunt corpus eius et ſecum de
tulerunt Milites autem mei cum ac
cepiſſent pecuniaꝫ ueritateꝫ et que
facta ſunt tacere nō potuerunt ſed
eum uere reſurrexiſſe et uidiſſe te
ſtati ſunt et pecuniam ab eis rece
piſſe Hec omnia tibi ceſar dixi ne
alter quiſquā contra ueritateꝫ men
tiatur et ne exiſtimes fore creden
dum mendaciis iudeoruꝫ Ad te oīa
ſcripſi que facta ſunt de Ieſu naza
reno in pretorio meo etc.

LAUS DEO

50

